

COMPITO DI LATINO classe 1A data 30/5/2016 nome e cognome .....

### 161. L'infanzia di Giove

Iovis mater fuit Rhea, Saturni uxor. | Saturnus, deus ferox saevusque, filios suos crudeliter vorabat. | Tum Rhea Iovem fidae ancillae clam commisit. | Ancilla puerulum in insulam Cretam transtulit | atque occultavit in montis Idae spelunca, || ubi multae nymphae habitabant. | Nymphae parvulum deum laetae exceperunt | et in cunabulis aureis collocaverunt. | Multa animalia auxilio Iovi fuerunt: | nam cotidie columbarum agmen e mari in speluncam advolabat.

comprensione del testo /3  
conoscenza delle regole morfo-sintattiche /4  
resa in italiano /3

COMPITO DI LATINO classe 1A data 30/5/2016 nome e cognome .....

### 162. La civiltà corrompe

Olim, ut Caesar narrat, | Galli frugaliter vivebant, | calamitates aequo animo ferebant, | corpora et animos in armis exercebant. | Saepe in Germanorum finibus bella gesserunt || et propter hominum multitudinem agrorumque penuriam trans flumen Rhenum colonias miserunt. | Inter Galliae populos magnam virtutis famam habebant Belgae et Helvetii, | *qui* («i quali») in remotis regionibus habitabant, | ubi mercatores perveniebant et merces pretiosas importabant. | Sed *perraro* (avv.) ob propinquitatem provinciae Romanae paulatim Gallorum mores corrupti sunt.

comprensione del testo /3  
conoscenza delle regole morfo-sintattiche /4  
resa in italiano /3

COMPITO DI LATINO classe 1A data 30/5/2016 nome e cognome .....

### 163. II cavallo egoista

Equus et asinus simul procedebant, magnis sarcinis gravati. | Asinus, nimio onere oppressus,, | graviter laborabat, lamenta edebat | comitemque miserandis verbis obsecrabat: | «Suscipe, amice, parvam partem ex meo pondere; || nam labor intolerabilis est iamque proximus sum morti». | Sed equus asini precibus aures non praebebat, | immo comitem irridebat atque ignaviae incusabat, | donec asinus humi procubuit atque animam efflavit. | Tunc asinarius pellem misero animali detraxit.

comprensione del testo /3  
conoscenza delle regole morfo-sintattiche /4  
resa in italiano /3

COMPITO DI LATINO classe 1A data 30/5/2016 nome e cognome .....

### 164. L'empio Dionigi

Dionysius Syracusanus antiquum templum Proserpinae Locris diripuit. | Dum Syracusas navigavit, | quoniam venti propitii navem propere impulerunt, | iocose dixit: | «Di hominibus sacrilegis bonam navigationem concedent». || Postea ad Peloponnesi litora classem appulit | et templum Iovis Olympii occupavit. | Ibi de Iovis statua amiculum ex auro exiit | et per iocum *hanc* («questa», acc. sing. f.) impiam sententiam dixit: | «*Hoc* («questo», nom. sing. n.) aureum amiculum aestate deum nimium fovet.

comprensione del testo /3  
conoscenza delle regole morfo-sintattiche /4  
resa in italiano /3